inclinatur. violenta si sit contra naturalem inclinationem. neutra si neque inclinatur natura liter ad formam neque ad oppositam. Exemplum primi. ut ignis ad moueri sursum. Secundi ut ignis ad moueri versus. Exemplum tertii. sicut superficies se habet ad albedinem. et nigredinem vel medium colorem. **S**ecundo modo comparando receptum ad agens a quo formam recipit. tunc est naturalitas. quoniam receptuum comparatur ad tale agens. quod naturalis est naturaliter imprimere formam in talis passo. sicut ex opposito quando comparatur ad tale agens quod non est naturaliter impressum illius forme in illud passum. quia le est agens voluntarius et a proposito sive sic creatum sive increatum. Et supernaturale siue increatum non est naturale. Ista igitur distinctione stante. **D**icendum est quod figura incisionis non est a natura primo modo eo quod passum non inclinatur naturaliter ad talem figuram. Non est etiam violenta. quia generativerum est quod quecumque forma est violenta in materia eius opposita et impossibilis est in ea naturaliter. Comparando igitur figuram incisionis ad materiam. praeclara ipsa non est ibi naturaliter et violenter. sed secundum positionem neutrā quia materia non magis ad unam figuram quam ad aliam sibi oppositam inclinatur. **S**ecundo accipiendo naturale secundo modo non est a natura. quia non producitur ab agente naturali imprimente talem formam. quia artifex a quo inducitur est agens liberum. **A**d ebiectum in oppositorum est dicendum. quod maior est falsa universaliter accipiendo eam. quia artifex non solum agit appetendo. sed quandoque remouendo. Unde dicit Albertus. quod figura incisionis est a natura. quantum ad materiam figure subiectam. sed figura prout est terminatio quanti est ab operatione artis. **Q**uavis enim ars nihil addat materiale. tamen separando confert ad esse formale figure. ad quod magis confert partium separatio quam appositiō. quia figura non est tale ens quod requirit materiam ex qua. sed tamen in qua. **E**t ergo dicit Empedocles. In omnibus que ab arte fiunt naturam esse materiam formam vero accidentis. si enim plantetur lectuli lignum non germinabit lectulum. sed lignum. cum igitur natura sit ex qua pullulat pullulans natura erit lignum et non forma artis que est in lectulo. **E**t ex isto patet concordia diversorum que dicuntur de figura incisionis

Post  
natura  
materia  
artificia

# Gilberti porritani.

forma universalis q̄ dicitur  
forma animalis q̄ dicitur animalis

Puffini

**Quintum dubium est: an forma vniuersalis de qua dubitatur facit in textu Hilbertus sit a natura vel ab actu nostro.** Et videtur q̄ ab actu nostro, quia sicut commentatores intellectus agens est qui facit vniuersalitatem in rebus, sed productio per intellectum est ab actu nostro. Secundo sic non est a natura ergo est ab actu nostro. Consequenter est nota. Antecedens probatur, quia sic est ponere vniuersalia formas separatas et ydeas. **Siolutio.** vniuersale est concretum dictum ab vniuersalitate, sicut album ab albedine. Et ergo potest accipi dupliciter. Uno modo pro subiecto sive pro re prima intentionis cui applicatur intentio vniuersalis, et hoc modo vniuersale est primū obiectum intellectus, et omnis scientia est vniuersalium, et est a natura, quia particularis natura illa generat hunc vel illum et intendit. vniuersalis vero que hunc ordinat ad esse divinum, et intendit simplex, et vniuersale et sic natura occulte operatur in quantum producendo singulare producit vniuersale, ut generans sororem ex consequenti producit hominem, animal substantiam, et sic de aliis. Alio modo accipitur vniuersale pro secunda intentione causata ab intellectu, et applicabili rebus prime intentionis, et hoc modo est ab intellectu sive ab actu nostro, per hoc patet responsio ad primū. **Ad secundum dicendum est** q̄ non sequitur ex hoc q̄ vniuersale sit separatum sicut rem et ratione simul, sed tamen sicut ratio rem. Et hoc superius circa librum Porphyrii est cōcessum.

**Sextum dubium est.** quare in productione vniuersalis natura dicitur operari occulte. **Solutio Alberti.** duabus de causis prima causa est, quia actus particularium semper sunt, et ideo natura particularis operans semper est manifesta, cum autem ipsa operatur non operatur nisi in virtute nature vniuersalis, q̄ est in ea occulte et non nisi per intellectum accepta, et ergo dicitur operans occultum. Secunda causa est, quia operatum a natura sensibus est manifestum. Illud autem quo est illud habens formam speciei, et nature est occultum. Et ideo hic generat hunc, sed quia hic generates est homo, ideo hic genitus est homo, alias generatio non esset vniuersala, hoc autem est occultum, et accipitur solo intellectu, ergo natura dicitur occulte operari in productione vniuersali.

**Septimum dubium est.** que est ratio q̄ primis divisionis in textu posita. **Siolutio.**

lutione, quia omnis forma aut est substantialis aut accidentalis. Si primū hoc est dupliciter, quia vel est singularis vel vniuersalis. Si primū sic est tertium membrum, si secundum: sic est quartum. Si secundū hoc est simili modo dupliciter, quia vel est forma accidentalis singularis vel vniuersalis. Si primū sic est secundum membrum, si secundum sic est primū membrum, prout prolixius dictum fuit circa distinctionē secundā anti-dicamentale.

**Octauum dubium est.** propter quid hec accidentia paternitas filiatio et similia non sunt in determinata parte subiecti, sicut nigredo in pupilla oculi. **Solutio Alberti.** quia paternitas et filiatio sunt forme relationis que sicut totum esse inest et non sicut partes, cuius ratio est, quia per actum generationis actum gerant innascitur, actus autem est totius et non partis. Simili modo filiatio inest sicut totum ei cui inest, propter generationem passum, que totius est, sunt ramen sicut dictum fuit in textu sita in complexione sive in compositione, ve dicit Hilbertus, quod debet intelligi non sicut substantiam, sed sicut causam, quia complexio causa est complexio seminis, et similiter sicut causa sita in compositione generantibus que compositione attenditur in situ et ordine membrorum, in quibus semen maturatur ad generationem, si cut sunt membra que dicuntur vasa seminaria scientie autem sicut actum, situr non hunc, sed accepte sicut habilitate situate sunt in complexione, et subtiliter spirituum et humorum magis sunt ad scientiam abiles, propter quod etiam Alexander dicit intellectum esse preparandum quandam in corpore.

**H**oc vero est sicut quam in id quod subiectum agere dicimur. Ut secans quis in eo quod secet secans dicitur.

**P**ostquam Hilbertus determinavit de quibusdam annis principiis, nunc incipit determinare de ipsis principiis. Et dividit ista pars in sex partes, sicut et sex sunt principia, partes patentes. Prima pars dividit in duas partes, primo determinat de actione diffinitive: secundo de proprietatibus eius. ibi. Scire autem est. Primo facit hoc, secundo dividit actionem. ibi. Est autem alia. Quo ad primū dicitur, q̄ actiones in cōitate accepta est sicut quā in id quod subiectum agere dicimur. ut aliquis de secans in eo quod secat, et docet in eo quod docet.

**Questio prima antecedentialis est:** Utz actione et passio sunt principia assistentia ut testatur in textu Hilberti post sententiam. **E**t videtur sicut et passio generat alia per actionem, sicut et actionem in formis sicut intellectus, et alia vel ex parte qualitatibus et actione, et qualitas a se vel in parte sicut et passio. Utz videtur passio et forma predicentia et ratione ratione.

**Principia et passio fons**

Dicitur forma proprietas

Dicitur sicut et paternitas filiatio et similia non sunt in determinata parte subiecti, sicut nigredo in pupilla oculi. **Solutio Alberti.** quia paternitas et filiatio sunt forme relationis que sicut totum esse inest et non sicut partes, cuius ratio est, quia per actum generationis actum gerant innascitur, actus autem est totius et non partis. Simili modo filiatio inest sicut totum ei cui inest, propter generationem passum, que totius est, sunt ramen sicut dictum fuit in textu sita in complexione sive in compositione, ve dicit Hilbertus, quod debet intelligi non sicut substantiam, sed sicut causam, quia complexio causa est complexio seminis, et similiter sicut causa sita in compositione generantibus que compositione attenditur in situ et ordine membrorum, in quibus semen maturatur ad generationem, si cut sunt membra que dicuntur vasa seminaria scientie autem sicut actum, situr non hunc, sed accepte sicut habilitate situate sunt in complexione, et subtiliter spirituum et humorum magis sunt ad scientiam abiles, propter quod etiam Alexander dicit intellectum esse preparandum quandam in corpore.

**M**o<sup>o</sup> p. 3. dicitur in 3. et  
cod. 488. dicitur in 3. et  
acta d. triplex et acta d.  
tristitia p. 217

**M**o<sup>o</sup> et ibi d. 3. et mod. d.  
sicut p. 3. d. 3. p. 3.  
no. 1. t. 1. p. 3. p. 3.  
m. 1. p. 3. p. 3. p. 3.  
p. 3. p. 3. p. 3. p. 3.  
t. 1. t. 1. t. 1. t. 1.  
p. 3. p. 3. p. 3. p. 3.

**Ut in actione et passio fons**

# Ber principia

primo contra suppositum. q non sunt principia. quia omne principium est primū. Actio vero et passio non sunt prima. sed a prioribus principiata. ergo non sunt principia. Minor probatur. quia presupponit qualitatem. quia ut dicetur posterius. primum est ea generari ex quali siue qualitate. Secundo sic. omne principium est accidentis. accidentis autem iuxta nominis sui rationē est in subiecto. ergo non est aliquid assistens. Tercio actio et passio dependent ab intrinsecis principiis. qz actio a naturali potentia. passio a naturali impotētia. igitur non sunt principia assistentia. In oppositum est Hilbertus in an principio. Et ponitur iste discursus.

Maior. Omne ad extra respectuum primordium est assistens principiū. Minor. Actio et passio ordinat motum illo modo. Conclusio: Igitur hec ipsa sunt assistentia principia. Maior. probatur ex ratione principij quā ponit Albertus. que est q principium sūm non men suum non dicit formam in subiecto. quie scirent. sed eam que est extrinseca respectiva. nec tamen dicitur assistens ad extra sūm errorē quorundā quasi quoddam extrinsecus affectū. Sed & incertis. sicut cetera accidentia in ordine tamen ad extrinsecum. non tamen dicunt ista respectum qui est de predicamento relationis. quia talis est intrinsecus. sed nominat respectum extrinsecum. Minor patet. quia sicut inter efficiens et materialē mediat forma quam efficiens materie imprimit. ita motum antecedenter et consequenter circūstant actio et passio. respectu cuius dicuntur assistentia. Etiam motus sūm se acceptus est fluris in trinsecus potentie formalis quem fluxum actionis id est effectiva motio ponit in respectu extrinseco agentis ad patiens. Et passio. id est motio passiva in respectu patientis ad agens sicut patet in specialius posterius. Conclusio sequitur ex iam premisis. Ad obiecta in in oppositum dōm. Ad primū est dicendum qlicet habent aliquid ante se in genere cause efficientis. non tamen in genere cause formalis sine sūm formalem rationē predicandi. Ad secundū est dictum in declaratione maioris. Ad tertium est dicendum. licet causentur ab illis principiis. nominant tamen accidentia que dicunt respectum ad extrinsecū.

Questio secunda. An actio et passio

sunt a se inicem. et a motu generalissime dista. Et videtur primo q non. quia actio et passio sunt vnum et idem. ergo non sunt distincta. Antecedens probatur per simile. quia si cut eadem est via a thebis ad athenas. et contra. et vna via ascendentis et descendens. solum differens terminis. sic etiam cuz actio sit comparatio agentis ad patiens. et passio econtra operā patientis ad agens. ut de Auerois erit vnum et idem numero. et solum differunt suis terminis. ergo non sunt generalissime distincta. Secundo sic. motus dicit vnam et eadē naturam actionis et passionis. ergo actio et passio sunt vnum et idem. Consequentia probatur. quia illa sunt eadem quoz est vna natura. Antecedens patet tertio physicoz. vbi dicuntur q motus est actus agentis. quo mouet patiens. Et etiam est actus patientis et mobilis quo mouetur ab agente. ergo motus vna et eadem natura est actionis et passionis. ergo actio et passio vnum et idem sunt ex parte rei.

Tercio. Albertus dicit in capitulo de passione. q agens et patiens in forma conueniunt q est actus agentis in agente. et actus patientis in paciente. ergo ex natura rei non videtur differre actionis passio. sed sūt vna forma. Quarto mouere est agere. ergo motus est actio. et moveri est pati. ergo motus est passio. per locum a conjugatis. ergo non distinguuntur. Quinto alterario est motus. ut dicit philosophus tercio physicoz. et tamen alteratio est actio. cum alterare sit agere. igitur actio est motus. Sexto. sūm Aquincenna in suo libro physicoz. motus est in genere actionis. et sūm alios motus est ipsum predicamentum passionis accipiendo passionem coiter ut omis illa dispositio siue affectio que sicut ab agente in id quod ei sit igitur dicitur passio. ergo non sunt distincta.

In oppositum est sententia Bresotelis. Hilberti porritani. et Alberti magni. Et ponitur iste discursus.

Maior. Ex diuersitate principiorū substantialium arguitur distinctio et ordo consequētiū accidentium. Minor. Forma priuatio et materia sūm rationes formales principiandi distincta causant in toto vniua actionē et motū et passionē coessentialiter ordinata. Conclusio. Igitur actio et passio sunt accidentia inter se. et a mou-

Actio et passio sit p  
nū dōm

# Gilberti porritani.

## Generalissime distincta

**M**aior patet. quia effectus pprū coordinatus sub suis causis. q̄lis est igitur diversitas principiorū subiectum constituentia. talis etiam erit accidentium subiectum & sequentium alias non esse adequatio cause & effectus.

**M**inor probatur. quia forma est principiu[m] actionis ex quo forma habet duplē ratio[nem] principandi. cum sit esse & agere actus p[ro]mi & secundi. Principium esse per suam essentiam. Principium vero agere per naturale potentiā. substantia enim composita non converitur ad agendum extra se. nisi per potentiam sue essentie superadditam. alias actio rei create non destrueret eius simplicitatem. & posset aliquid circa primum agere per suam essentiam. Privatio vero est principium motus. ex quo est terminus a quo. materiale vero eius quod est potentia formalis sicut fluit ad perfectio[n]em & finalem eius actum est motus. iuxta philosophum primo per hermenias dicentes. forme est agere. materie vero pati. Hec autem tria principia unita in composite per unam formā totius sunt principia accidentum istorum coessentialiter ordinatorū. Dicitur autem unita in composite. quia ipsa seorsum accepta non p[ro]cipiant ista accidentia. ex quo omne accidens sequitur totum compositum. **C**onclusio sequitur ex premissis. Et potest amplius sic ostendī. quia motus qui sicut formalem substanciali fluxus in se neutraliter acceptam dicitur motus. prout effluit transire ab agente vocatur actio. & ut influetur transire passo. vocatur passio. sicut igitur ratio formalis fluxus & effectus efflurus. & materialis influxus distinguunt causaliter. sic motus actio & passio distinguuntur quidditatue & essentialiter. sive re & ratione. Ex quo actio formaliter est in agente. passio in paciente. & motus in mobili. licet materialiter conueniant. quo modo dicit **G**ilbertus q[uod] omnis actio in motu est. & omnis motus in actione. **A**d obiecta in oppositum. Ad primum est dicendum sicut dominum. **A**lbertum. q[uod] non est simile de via ab Athenis ad thebas. & econtra. & de actione & passione. quia actio est subiectum in agente. & passio in paciente. sed via que est a thebis ad athenas. & econtra nec est in thebis. nec in athenis ut in subiecto. sed est media ab uno termino in aliud realiter protensa. Etiam via que est inter duos terminos manet simplē eadē nihil habens diversum nisi terminos. motus autem sicut forma

mam non manet idem sicut sicut aliam formam mutatur id quod denigratur. & id quod dealbatur. Et similiter sicut aliam formam est ager comparatum ad patiens & econtra. **A**d secundum responderet Albertus. q[uod] motus non est una in natura & forma mouentis & moti agentis & patientis. quia ut est agentis & mouentis sic est actus perfectus. & ut est patientis & mobilis. sic est actus imperfectus. & quia non est una ratio virtutis. ideo non possunt esse actio & passio unum predicamentum. Concesso etiam q[uod] motus sit actus mouentis & mobilis. non sequitur q[uod] actio sit passio. quia motus nec est actio nec passio sed est forma fluens ab esse imperfecto ad esse perfectum. & per hoc differt ab actione & passione. quia motus ppter priuationem forme fluentis intermedie indifferenter non est in uno predicamento. sed est post predicamentū quod dicat coordinatōem plurium ad genus unum non reducibilium. sed ad plura. ut dictum est in postpredicamentis. **A**d tertium dicendum est. q[uod]vis actio & passio in forma conneniant. non tamen sequitur propter hoc q[uod] actio sit passio. quia talis forma absolute non est passio vel actio forma liter. sed actio formaliter est impressio vel influxus illi forme ab agente in passum. Et passio formaliter est receptio. & continua illa affectio qua afficitur partes recipiendo tales formā ab agente. cum igit[ur] impressio non sit formaliter receptio. ideo actio non est formaliter passio. Quod autem dicit Albertus. forma que est actus agentis est passio intelligendum est materialiter quo modo dicit philosophus tertio phisicoꝝ q[uod] acto & passio sunt unus motus et non formaliter. quoniā formaliter illa forma nec est actio nec passio. quia non denominat aliquid formaliter agere vel pati. **A**d quartum est dicendum q[uod] non est ibi locus a conjugatis. sed debet inferri. ergo motus est actus vel motion est actio. & hoc verum est ut ostendit philosophus tertio phisicoꝝ **A**d quoniam dicendum est alteratio capitulū dupliciter. Uno modo dicitur qualitas fluens seu procedens a priuatione ad actu[m]. & sic alteratio est motus & non est actio. sed potius est actus ut dicit philosophus. q[uod] alteratio est actus alterabilis. & motus actus entis in potentia sicut in potentia. Alio modo dicitur alteratio comparatio agentis ad patiens. sicut imprimatis sibi qualitatem. & sic est actio ut probat argumentum predictum. & hoc modo est motion

# Bēx principia

No fī ſent 23 pīd 1529.

et non motus. quia motus est forma fluens a priuatione in habitum. sed motio est compariatio mouentis ad id quo mouetur tanq; in primentis sibi formam suam fm quam mouens formaliter mouere dicatur. et ita actio et passio sunt distincta predicamenta non obstante q; motus sit actus agentis et patientis. Et simili modo dicendū est de quolibet nomine verbali in tō. quod equivocatur ad tria. Unde. Significat agens. patientis. medium. verba per tō.

**Questio tercia.** utrum actionis diffinitio distingueat eam a quolibet alio pdicamento. sit convenienter data a Hilberto. Et videtur primo q; non. quia nullum genus generalissimum potest diffiniri. sed actio est genus generalissimum. ergo non potest diffiniri. Major et minor tenet p; Boetium dī. q; sola spēs diffinitur. Minor est manifesta. Et confirmatur quia omnis diffinitio dicitur dari p; genus et differentiam. sed ista non est huiusmodi. ergo nō est bona. Minor patet inductio de singulis particulis. Nec potest dici q; quā ponitur ibi loco generis. quia vel teneretur relativa vel infinite. sed nullum isto est dicendū. Non infinite. quia infinitum non diffinit. Non relativa. quia tunc sequetur. q; idem diffiniretur p; seipsum quod est falsum. quia sententia diffinitionis esset. actio est fm quam actionē.

Tercio. actio nihil est. ergo non potest diffiniri. Antecedens pbatur. quia nec est substantia nec accidentis. igitur nihil. quia inter substantiam et accidentis nihil debet mediare. cum sint contradictiones. sed inter substantiam et actiones mediat virtus sive naturalis potentia. igitur. tc. Quarto omne diffinituz debet esse uniuersale. sed actio nō est uniuersale. ergo nō est diffinitum. Minor pbatur. quia omnis actio fm philosophū primo metaphysice et tertio ethicoz est singularis. igitur omnis est singularis. Quinto creatio est actio creans et tamē non est in id quod subiectur. ergo diffinitio non est bona. Antecedens pbatur. quia per hoc differt a generatione et alijs naturalibus mutationibus. Sexto forma substancialis est fm quam in id quod subiectur agere dicimur. et tamen non est actio. ergo non est diffinitio bona. Antecedens patet per philosophū pmo de generatione dicente. Forme est agere. materie vero pati. Septimo ars est fm quam nos dicimur agere in id quod subiectur. et tamen non est actio. Antecedens patet quia

est recta ratio rei a nob̄ factibiliū. Octaua instrumentū ut securis vel fōssorum est fm quod nos dicimur agere in id quod subiectur et tamen non sunt actio. Non quod subiectur actōni est agens. sed agens non agit in se ipsum sed in passum. ergo inconvenienter dicitur. actio est fm quā nos dicimur agere in id quod subiectur. Maior est cōmuniſ ſententia logicoz. et o male dicitur id quod subiectur. Decimo id quod recipit actōni age-ris dicitur actioni objeci. ergo male dicitur in id quod subiectur. Undecimo. vñere lu- cere calere florere sunt actiones. et tamen non sunt in id quod subiectur. quia non determi-nant ſubiectum extrinsecum. Duodecimo. actioni agere idem ſunt. ergo non potest actio p; agere diffiniri. Antecedens patet quia habent ſe ſicut concretū et abstractū. s; concretū et ab-stractū vñ et idē dicitur. Tercio decimo. mul-te ſunt actōes fm quās nos non dicimur age-re. ſed alie res a nob̄. ergo male dicitur in difinitione dicimur in prima persona. Terciam ſequeretur q; non diffiniretur actio in cōmu-ni. ſed actio noſtra. Un oppoſitum est Hil-bertus et rationales philosophi. Et ponitur iste diſcursus.

**Maior.** Fluxus forme ab agente et fluentis et patienti influxre eſt cōmu-ni exercitium efficienter formaliter et materialiter ordinatū. **Minor:** Qui fluxus ut effectius conuenit actioni. ut formalis motui. ſed ut illatus. ſubſem materie passioni. **Conclusio.** Igitur ſicut motus eſt potentie for-malis intrinſeca diffusio: passio effectus actionisq; illatio. Ita forma fm quā dicimur agere in id quod subiectur. eſt actio:

**Maior** patet. quia ut effluens ſic eſt exercitium ſeu acris effluens ab agente. In ſe vero. cum preſcriptione terminoz. extrinſecon agen-tis et patientis eſt formaliter de natura inter-medij. quare hoc modo eſt fluxus intrinſicus ex quo forma eſt cauſa intrinſeca. et hoc modo dicitur ſimpliſiter fluxus. ut vero recipiuntur in paſſo cui penetranter illabitur. ſic vocatur in-fluxus. **Minor** patet. quia per hoc actio for-maliter diſtinguitur a paſſione et motu. quia eſt motio actiua exiſtens ſubiectiue tamen ut agente ut poſtea dicitur. motus vero eſt ef-

# Gilberti porritani.

Contra abstractum dñi iugis 2016

florus formalis et intrinsecus inter actum et potentiam medius. sed hic florus ut illatus conuenit patienti quia passio formaliter nominat receptionem continuam qua afficitur paciens formam agentis recipiendo. **C**onclusio sequitur ex premissis quo ad duas partes que distinet diffitioz motus et passionem et patebit amplius inferi. **Q**uo ad tertiam que tagit diffitioz actois sive per quod actio est quidam forma actionis existens formal ratio seu actus agendi transiret et quā nos dicimus formaliter agere in id quod subiicitur id est ipsam cū oīs actio transit in passum. **E**t dicitur nota ter in id quod subiicitur. quod terminus tertiis est accusatu. **E**t nō dicit ad id vel sup id quod nō solū agēs tagit passū. sed penetrat ipsū sed transmutat. **P**ut posterius erit dice tur. **A**d obiecta in oppositū ad p̄mū est dōz fm dñm alberti qd nullū genus generalissimum p̄t diffiniri diffinitioē qd dicitur reūtionali quia ostendit dari p̄ genus et differtia sed diffinitio actoīs est solū quidam descripto existens maioris declaratioīs qd nomē fm se lūptū. t̄les autē debent dari p̄ acciā p̄ causā v̄l effectū l̄ signū et generaliter p̄ omnia illa qd us aliq mō potest notificari diffinitū. **E**t p̄ hoc vadit confirmatione. **U**nū in ista diffinitioē poterit aliqd loco generis. sed quā īfini te quod ut dicit Albertus. actio est vnu de p̄ mis principiis. ergo nō potest habē aliqd certū p̄ qd diffiniatur sed īfiniū. quod tū finitur p̄ ea qd post ea ī diffinitioē ponuntur. v̄l dicēdū est p̄ quā tenetur ibi flatue et ē sensus. actio est fm quaz s. actōem et bene. quod p̄ illā p̄positōem fm ipotatur rō principiū et cause formalis. quā nō dicit actio suo nomine. et sic fm quā notius est actoī fm se accepta. **A**d 3<sup>m</sup> est dicendum qd licet sit inconveniens aliqd mediare inter substātiā et accidentis in p̄mū. p̄t tū aliqd mediare inter substātiā et hoc actōs sicut inter actōnem et substātiā mediāt ſtus siue naturalis potentia nec tū est ymaginādū qd inter substātiā hāc et illam et accidentis mediat aliq natura p̄dicamentalis qd nec est substātiā nec accidentis qd sic nō esſet ſufficiēs diuīſio entis nec data p̄ imediata. **A**d quartū est dicendū licet actio hec v̄l illa nō sit nisi ſuppoſitor. tū actio ſimpliciter et in coī accepta quod abſtrahit ab hac v̄l ab illa h̄zitōz ḡ talis aut abſtracō v̄lis a p̄ticulari est omnibus ſcientiis cōmuniſ. **A**d quīcum est dōz licet creatō sit actio fm modū nō tū fm re que sit te p̄dicamento actionis. eo qd nō est acciā a creāte diffinītū. quare dicit albertus in ſecondā pte de mirabili ſciētia dei qd creatio fm qd ad creātem refertur nō est aliiquid rei diuīſum ab ip

so creāte. sed est ratio qd fm voluntatē qd diffi catia est refertur ad hoc ſic nūc qd ante non fuit. **E**st enim actio in creante creatoꝝ et effētia re late p̄ voluntatē ad h̄z qd nūc de nouo fiat ex nihil. ſi vero ponetur mediū inter creatorē et creātū ſicut actio p̄fīca inter agens et paciens multa ſequentia inconvenientia creatio igit fm esse non est nūc in creāto quod fm fieri refertur ad creātē et cum relatiūm de necitate ponat ſuum correlatiūm in creātē non ponit creatio nūc rationē respectus creātis ad eū et cātū quoniam creatorē ad creātū refertur relatio ne rationis. creātura vero ad creatorē relatio ne reali. **A**d ſextūm est dicendum fm Alber tum qd per formam ſubſtantialem non denomi natūrā agens ut agens fm actum nēc fm eum dicimus agere formaliter. ſed potius agens per formam est principium actionis. unde diffe rentia ſunt principia accidētis quia forma ſubſtantialis totius compoſiti dicitur principiū originale quo actionis iuxta ſententiam philoſophi de generatione dicentis. forme ē agere materiae vero pati. **T**otum compoſitum est principium originale quod quia iuxta ſententiam philoſophi primo methaphysice. actiones ſunt ſuppoſitorum. **S**ed naturalis potentia que ē qualitas conſequens totū gratia forme est principium instrumentale eo qd nullum ens circa p̄mū agit per ſui eſſentiā ſed per potētiam eſſentiæ ſue ſuper additam. ſed actio ſola est fm quam formaliter dicimus ageri in id quod ſubiicitur. **A**d septimum respondet Alberetus qd ars non dicit nūc facultatem ad actionem et non dicit id quod est actu agens eo qd habens artem potest agere et non agere. **A**d octauū est dicendum qd instrumentum non facit agere nec denominat ipsum. ſed dicit cauā medianam coadiuantem in actione. et ergo eqd uoce accipitur illa prepoſitio fm. in diffinitio ne actionis et in obiectis. quia in diffinitione dicit circumſtantiam cauē ſormalis in obiectis vero dicit circumſtantia cauē efficientis instrumentalis. **A**d nonūm est dicendum quod duplex ſubiectum actionis. ſculicet inhesionis et transitionis. ſubiectum inhesionis ipſius actionis est ipſum agens in quo eſt actio ſubiective ut poſtea dicetur. ſed ſubiectum transitionis ſit paciens in quod recipitur actio. p̄mū ſtorum vocatur proprie ſubiectum. **S**ecundūm vero vocatur magis proprie obiectum dicitur tamen in diffinitione ſubiectum ad ſignificandum plenam victoriā agentis ſup̄ passū quod oīs actio ſit ex p̄portō maioris iequalitatē

# Ber principia

Bach

**A**d decimū patet solutio ex p̄cedenti quia  
licet obiectū sit tñ ex causa dicta dicitur magis  
subiectum q̄ obiectum. **A**d vndeclimū dñz  
q̄ illa verba simpliciter non facit actiones. qz  
actio est tristitius processus forme ipassum. sed  
illa verba sunt neutralia et eoz actio est intrāsi-  
tua. et sic noīnante simplicies diffusiones for-  
me. et sunt in eodem p̄dicame to cum formis q̄  
sunt diffusiones ut lucere est i codē p̄dicame-  
to cu luce florere cu flore vivere cu vita calē cu  
calore qz p̄tā substātiāl'ipius forme idēntifica-  
tur cu forma ex quo actio forme est irtransitua.  
**A**d duodecimū dicendum q̄ licet actio et agere  
in re nō dñt. tñ differt fm modū significandi  
qm̄ agere facit actōem. b̄haliter ut exercitam. et  
hoc modo notior est nobis. q̄ qñ significat no-  
minaliter. et ppter illā distinctionem actio diffit  
q̄ agere sicut q̄litas p̄ quale. **A**d ultimū cu  
sua confirmatione est dicendū q̄ nos ponitur  
ibi p̄antomasiām hoc est p̄ excellentiam. qz hō  
est p̄cipiatue omnis creatura ut dicit gregorius.  
Et sic agit fm plures actiones q̄ quecūqz  
alia creatura quia agit actionibus anime et cor-  
pons hoc autē non conuenit quibuscūqz alijs.

**C**irca istud capitulum sunt dubia  
**P**rimū dubium est q̄re actio et pas-  
sio inter principia p̄cedit omnia alia. **S**olutio qz actio et passio inter omnia alia magis  
videntur conuenire cu his que intrīsecus sub-  
stantie accidit. **E**x quo iuxta p̄dicta actio cau-  
satur a naturali potentia. prime et originaliter  
a forma. et passio originaliter a materia et p̄xie  
a naturali imponentia. **E**t ex hoc habetur quare  
etī actio p̄cedit passionē. **S**ed forte dices  
ex iam dictis se quereret q̄ actio et passio nō essēt  
principia cum sint principiata a priorib⁹.  
**A**d hoc dicendum est licet sint principiata ab  
alijs in genere cause efficientis non tamē in ge-  
nere cause formalis. qz sic sunt principia i ge-  
nere suarum coordinationū ita q̄ sub eis mul-  
ta continentur que ad nullum aliorum generū  
reduci possunt sic nam q̄ sunt subalterna scili-  
cet actio anime et corporis et sp̄ties specialissi-  
me sicut sectio vstio et idividua ut sectio a so-  
te facta et vstio a platone.

**S**econdū dubium est: quare actio et  
passio non diffiniuntur per motum qui videntur  
commune genus eorum sicut diffinit ea phis.  
sed p̄phicorum dicens. actio est motus hui⁹  
ab hoc et passio est motus huius in hoc. **S**olutio  
alberti motus ambit actōem et passionē  
per modū radicallis substantie et nō per modū

formē enīoce p̄dicabilis de eis cuiusmōi debet  
esse genus sine superius esse entiale. Motus em-  
bim se dicitur fluxus omnino in formis qui ap-  
te an ad vnum genus trahit p̄ formā agentis  
sive momentis et ad aliud p̄ virtutem seu natu-  
ralē imponētis patētis. **L**et igitur dicitur  
actio est motus et simpliciter passio non est p̄di-  
catio formalis s̄z materialis nō vnuoca. s̄z eq̄  
uoca quales p̄dicatōes excludit generis p̄di-  
cationem. co q̄ genus formaliter vnuoce et ab  
solute p̄dicatur de suis sp̄tiebus.

**L**terciū dubium est quoniam differunt  
actio et factio. **S**olutio alteri actio accipi-  
tur duplicitate uno modo sp̄cialiter p̄ opatōe  
nō trāscenit in rem opatam. et sic phis in sexto  
ethicorum distinguit eā contra factōē q̄ est  
opatio trāscens in rem opatā. quō dicit q̄ ars  
est recta ratio rerum a nobis factibilum et sic fa-  
ctio p̄prie dicitur opatio cuius principium ē  
ars mechanica que assumit materiam exterio-  
rem non solum ad vsl̄ s̄z etiam ad tñsumatō  
nem ad formā. **A**ctio vero dicitur cuius prin-  
cipium est naturalis potentia assumens mate-  
riam solum ad vsl̄ quomodo equitatio citari/  
satio. p̄prie dicuntur actiones. opatio vero no-  
men cōē est ad istā. **S**ecundo accipitur actō  
cōiter propter se extendit ad operationem trāscen-  
tem et immanentem et hoc modo omne illō qd̄  
continue procedit ab agente vsl̄ operante inpa-  
ciens vocatū actio sive agere et hoc modo ac-  
cepta est sp̄iale p̄dicamentum dicens modū  
p̄dicationis q̄ nō p̄ ad aliquādū reduci.

**Q**uartū dubium est. vtrum actio sit  
subiective in agente vel patēte. **E**t videt qd̄  
sit in patēte. qz si actio esset in agente et nō in  
patēte se quereret q̄ nō haberet p̄nctionē agēs  
cum passo s̄z omne agens naturale posset age-  
re ad quācumqz distantiam. consequens est fal-  
sum. consequētia probatur. qz agens naturale  
p̄t agere in omne illud ad qd̄ potest habere ref-  
pectum actionis. s̄z si ponatur habitudo que est  
formaliter actio in agente tunc agens natura-  
le posset per talēm habitudinem referri ad cor-  
pus. quantumcumqz distans sicut album p̄t  
referri ad album aliud q̄tūcumqz distans. sed  
istud inconveniens non sequere p̄nēdo acti-  
onem in passo. quia ad hoc q̄ actio inascatur  
passo requiritur debita apprēximatio agētis  
ad passum. **S**ecundo arguitur autoritate  
philosophi nono methaphysice dicēt q̄ actio  
immanens est que manet in agente et est eius  
p̄fectio. s̄z actio transiens est in passo. et si actō



# Gilberti porritani.

fide et malis dispositio

monens est in agente hoc nō est inq̄ntū agens.  
sed inq̄ntū patiens ut dicit ph̄s de motu qui  
est in mouente qui nō est in eo sīm q̄ mouens.  
sed sīm q̄ motū. ergo actio naturalis est ipaciē.  
**T**ercio cōmentator eccl̄ phisicor̄ dicit q̄  
actio et passio sunt vñ subiecto et duo diffini  
cōe. ergo actio est in eodē subiecto in quo passio  
sed manifestū est q̄ passio est in paciente sīm om  
nes ergo et actio. **S**olū sic Pro cui⁹ decla  
racōe notandū q̄ quatuor inueniuntur par  
te agentis. et sīl' ex parte patientis. Primum est  
ipm agens quod est suppositū. Scđm ipa po  
tentia activa que est principium actiuū agēdi.  
**T**ercio ipa actio per quā ipm agens actualiter  
et formaliter agit. Quarto via attēndendi ter  
minū puta motus v̄l' mutatio absoluta et dici  
tur se tenere ex parte agentis. quia fluit ab agē  
te per potentia actiuā et actionē. **E**x pte pa  
cientis primo inueniuntur ipm passum qđ patit  
et ipa potentia passua p̄ quā habitualiter patit  
et potentialiter et ipa passio p̄ quā actualiter et  
formaliter patitur. et effectus qui est forma in  
ducta p̄ motū et mutationē. **H**ec igitur p̄ ordi  
nem se habent. actio. motus. passio. et forma. q̄  
est terminus ad quē. quonia actio naturaliter  
p̄cedit motū. et motus passionē. et passio forma  
inducendā tanq̄ terminū ad quē. **I**stis sic  
notatis dicendū est q̄ actio sīm dñm Albertū  
sanctū Thomā et sc̄tū formaliter. et subiectiue  
est in agente et non in paciente. materialiter ve  
ro est subiectiue in paciente. Primum probatur  
ratio obib⁹ sic. **P**rimo i illo est actio formaliter  
de genere actionis in quo est formalis et quid  
ditativa ratio eius. sed quidditativa ratio ei⁹  
que est esse a quo aliud est formaliter in agen  
te et non in passio. quia nihil productū in pas  
so est a quo aliud sed est illud quod ab alio er  
go actio est formaliter in agente. **S**cđo nō  
minus oponuntur actio et passio q̄ sequentes cō  
sequentes actionē et passionē sed paternitas et  
filiatio que sequuntur actionē et passionē nō pos  
sunt esse in eodē subiecto. ergo nec actio et passio.  
sed passio est in paciente ut om̄s cedant ergo  
actio est in agente. **M**inor est manifesta q̄  
paternitas est in pte et filiatio in filio. **D**a  
ioz pte. q̄ respectus actionis et passionis sunt  
respectus oppositi ex quoz oppositōe tanq̄ per  
se causa et immediata oritur oppositio relativa  
in relationibus scđi modi iuxta sententiā ph̄i  
q̄nto metaphisice. **T**ercio necessaria dispo  
sitio inesse v̄l' infieri ad susceptōe alicui⁹ for  
me est in eodē subiecto cum illa forma sī actio  
q̄nto metaphisice est subiectū relationis sequē

tis v̄l' necessaria dispositio ad suscepēb⁹ illius  
ergo in eodē formaliter est actio in quo est rela  
tio sequens scđ paternitas. sed paternitas ē sī  
rectiue in patre. ergo actio in agente. **Q**uar  
to agens qđ est perfecti⁹ quādo agit q̄ quādo  
non agit. aliquid acquirit in scđo formaliter.  
Sed agens naturale perfectius est quādo agit  
q̄ quādo non agit. ergo quando agit habet ali  
quid in se quod non habet quando non agit. sī  
hoc non potest esse nisi actio de genere actionis  
**M**aior est manifesta et minor pte scđo celi  
**Q**uinto. Cōmentator dicit q̄nto metaphisice.  
manifestū est q̄ abscisso cultelli est in cultel  
lo. et actio manus est in manu sicut calor est in  
igne. Et nono metaphisice. Actio artis carpē  
tarie est in carpentatore. Unū sicut ar. ibi q̄ id  
uersis actus precedit potentia sed in eodē po  
tentia precedit actū. ergo potentia actua et actō  
sunt in eodem. sed potentia actua est in agēte.  
ergo actio. **S**exto sīm ph̄m in desomno et  
vigilia cuius est potentia eius est actus et intel  
ligit subiectiue. quia sic arguit cuius potentie  
est vigilandi eius est actus vigilandi. Et pri  
mo Ethicor̄ dicit ph̄s q̄ honor est in hon  
orante et non in honorato. quia honorans opera  
tur honorem quemadmodū gradiens gressum.  
Etia dicit Averenna tertio phisicor̄. aliqui di  
cunt q̄ motio et motus sunt una essentia et in  
patiente. sed dicemus subtiliori modo et sicut  
veritas habet q̄ mouere est dispositio mouen  
tis nō moti et operatio moti admouentē est di  
spositio moti non mouentis. Et possunt ista co  
firmari. quia om̄is forma denominat sūm sub  
iectum aliqua denominatione intrinseca q̄ntū.  
cūq̄ denominat aliud in quo non est formaliter  
denominatione extrinseca. sed passum denomi  
natur passum denominatione intrinseca p̄ pas  
sionem. ergo passum dicitur denominari agens.  
per actionē et per dñs omne passum agit quod  
falsum est. p̄na tenet cum minori. Maior no  
ta est quia scientia licet renominet denominā  
tionē extrinseca obiectū scibile tñ denomena  
tionē intrinseca denominat scientē quē forma  
liter perficit. Undō potest sic argui. Actio est in  
patiente formaliter. ergo om̄e patientis agit v̄l'  
in aliquo est actio quod non agit. tenet sequē  
tū ph̄i tertio phisicor̄. **S**cđa pars scilicet  
q̄ actio materialiter est in paciente. pbatur per  
ph̄m et phisicor̄ dicentē. si motus esset forma  
liter immouēre. tunc om̄e mouens moueret vel  
in aliquo esset motus quod nūq̄ moueret qđ  
est inconveniens. ergo quelibet talis actio ē in

# Ber principia

paciente sive fuerit actio imanens ut intellecto  
aut volitio sive transiens ut calefactio vel frigide  
factio. calidum vel frigidum. Per calefactio/  
nem enim actiuā formā calorū vadit in passuz  
et ibi tanq; in subiecto recipit. **A**d obiecta  
in oppositū ad primū est dicendū q; non valet  
consequētia. quia sufficit q; agens naturale ha  
beat operationem localem. et q; ultima eorum se  
contingat sicut dicit phis qnto physicorū.  
Deinde q; agens agat et q; innascatur in eo re  
spectus actionis exigitur debita proportio po  
tentie actiue ad ipm passum que si tollat non  
potest agens agere in ipm passuz. quānis autē  
actio sit respectu nō tñ ē respectu de genere relatiōis  
qr tal nō respectu approximatōz extreōz ad h; q;  
i; in scatur extreōs sicut illud potest esse in  
ter duo alba q̄tūcūq; distantia est respectus de  
genere actionis requirens approximatōz ad h;  
ut innascatur agenti. et ppter hoc Hilber. por.  
vocavit relationē actionē et alia accidentia ex  
trinsecus aduenientia. Dicitur autē respectus  
extrinsecus adueniens fm hunc modū dicen  
di prout in p̄dicamento ad aliquid dicū fuit  
qui non ponitur necessarie positis extremis si  
cū posito actino et passiō non necessario po  
nitur actio. quia potest impediri v; per distan  
tiā v; per agens contrariū. impediens etiam si  
sint approximata. Et ex oppositō dicitur respe  
ctus intrinsecus adueniens. **A**d scdm di  
cendū est. q; phis loquitur ibi de actione ma  
terialiter sumpta que est in paciēte ut dictū est.  
**A**d tertium dicendū. q; actio et passio s̄t vñ  
subiecto sed duplex est subiectum. vñ est sub  
iectū in quo. aliud est circa quod sicut in simi  
li scientia habet duplex subiectū. vñ in quo et  
illud est alia. Aliud est circa quod. et illud ē ob  
iectum. et sic actio et passio sunt vñ subiecto.  
non loquendo de subiecto in quo sed circa qd.  
et illud est motus. quia actio et passio fm Hil  
bertū non sunt sine motu. Et cum phis dicit  
tercio physicorū q; actio et passio in motu fun  
dantur non debet intelligi subiectum sed termi  
natū eo q; actio et passio sunt termini motus  
**Q**uintū dubium est que sunt que  
ponuntur in predicamento actionis et passio  
nis. **S**olutio. omnia verba agere v; pati  
significātia cuiuscūq; genens fuerint et sua p  
ticipia et nomina verbalia terminata in cō ab  
eis descendētia. ut lego legens lecturus lecto  
**S**imili modo dicendū est de verbis depo  
nētib; ut loquor. osculoz. Et similiter de  
ponētalia et neutralia que pati significāt perti

nent ad predicamentū passionis. ut nascoz.  
metuo. timeo. Et sic patet q; omnia nomina ver  
balia terminata in cō a verbis actiuis et passi  
uis descendētia sunt equinoce ut dictum est.  
quia significant actionē. passionem. et motum  
Nomina vero verbalia in tor v; in trix. ut do  
ctor. doctrix. sunt in predicamento qualitatī.  
et pertinent ad primā speciem. quia significant  
habitum. Et nomina verbalia in tiuus sunt  
in scda specie. quia significant aptitudinez vel  
potentiam ut calefactiū dicitur aptum natū  
calefacere. Et similiter nomina verbalia in bi  
lis. quia significant potentiam. ut amabile ap  
tum amari. **Q**uidam tamen ponunt ver  
balia in or vel in trix et in tiuus in predicame  
to actionis. et nomina terminata in bilis in p  
dicamento passionis. sed prius dictum vide  
tur magis consonū veritati. quia verbalia in  
or vel in trix vel in tiuus non significant actio  
nem. sed magis habitum vel potentiam ali  
quid agendi. hec enim non est predicatione bo  
na semper doctor agit scriptor scribit. quia quan  
doq; cessant ab actione. **S**imiliter in bilis  
non significant passionē sed magis potentiaz  
vel aptitudinem paciēti. nec passio semper pre  
dicatur de talibus nominibus. illud em quod  
est laudabile non semper laudatur. ergo non  
sunt in predicamento actionis. sed qualita  
tis ponuntur. **Q**uidā etiam in predicamen  
to actionis ponunt ista nomina presbiter pa  
pa episcopus. sed hoc non viderur ex quo non  
significant agere vel actionem sed potius ca  
racterē impressum. et ita non possunt ponit in  
prima specie qualitas. sicut fides. spes. et cari  
tas. que sunt virtutes theologice.  
**E**st autem alia quidā animē alia ve  
ro corporis. differunt autem quoniam  
ea que corporis est mouens est necessi  
tario id in quo est. Idem em qd agēs  
corpus est et mobile est. anime vere  
actio non id mouet in quo est sed con  
iunctū. Anima em dum agit in mobi  
lis est. mouet at corpus. anima vero  
immutabilis permanet. Quoniam ani  
ma quidē nec fm locum nec fm alio  
rum motū quēq; mouetur nisi forte  
fm alterationem. non em crementum  
suscipiendo mouetur neq; diminuen  
do neq; ad oppositum locum transen  
do. Locus enim corpus est. anima ve

On quo

Cetera  
Cetera quod

ponnd<sup>2</sup> dōpt<sup>2</sup> atōs

*Natu alia*  
*Corporis*

# Gilbertus porritani.

ro corpus non est. Impossibile vero ē non corpus corpore moueri. Quare nullā loci anima suscipit mutationem. Solum enim corpus in eo q̄ de loco ad locum transit mouetur. Hoc autem in quibusdā indubitate apparebit. Speculo em̄ immutabili permanenter imaginis motus mobilis fieri videtur ad oppositi mutationem.

Impossibile ergo erit soluere cōcessio q̄ ibi vera forma existat. Si vero non ē incredibilis error putabitur vulgo licet convenientius sit dicere.

Tunc ibi. Est autem.

Dic Gilbertus p̄nit divisionē actionis. et dividitur in tres partes. primo facit hoc. secundo compar mēbra ad invicem. tertio mouet dubitationem. sed ibi differunt auct̄. tercīa ibi hoc quidem dubitabile. Quo ad primū dicit q̄ actionē alia est anime et alia corporis. Et ponit consequenter differentiā inter istas actiones. quia actio corporis necessario mouet ipsum agens in quo est ut in subiecto et in causa. Quia istud non est agens nisi motu suo. et immobile existens non agit ergo necessario mouetur. ut secans non lecat nisi moueat. et vrens vstione mouet. quia oportet vrens accedere ad illud quod vritur. Accedere autē est aliquo modo moueri. sed actio anime nō mouet necessario id in quo est scilicet agens s̄z mouet coniunctum. Anima em̄ dum agit immobili mouet. sed mouet corpus vivificādo et fin locum in motu progressivo et alijs vite motibus. Q̄ auct̄ immobilis manet probatur inductio. quia nec fin locum nec fin quēq; aliorum motū n̄l forte fin alterationem. Non enim mouetur fin augmentationem quia non suscipit incrementum nec fin diminutionē cum non suscipiat decrementum cum non sit quāta. Ita vero motus quantū presupponit. nec mouetur de uno loco ad oppositū locum transferēdo. quis locus locans est corpus cuius superficies est locus et non locat nisi id cuius principiū medium et finis assignantur fin partes loci. Anima autem non habet principiū medium. et finem per loci terminos distincta cū non sit corpus. ergo non potest fin locū moueri non igitur mouetur anima aliquo modo nisi forte fin alterationē. illa tamen non est anima. s̄z est totius coniuncti ex anima et corpore.

Tunc ibi: habet autem dubitationes. Dic Gil. mouer dubitationē contra ea que dicta sunt. sc̄z q̄ non p̄tō corp̄o corpore moueri dicens. ymagin in speculo est non corpus et tamen potest corpore moueri quia speculo immobili permanēte moueri videtur ad p̄tem oppositam fin locum. quia videtur moueri a dextro in sinistrū ad motum rei obiecte. Impossibile igitur erit hinc obiectionē soluere concessio q̄ in speculo vera forma imaginis consistat quia tunc sequitur q̄ motu speculi mouebitur. eo q̄ motis nobis mouētur omnia que in nobis s̄t. Si vero dicatur imaginē non esse in speculo. licet hoc sit convenientius dicere et aliquo modo verum tamen generabitur intollerabilis error in vulgo. quia visus indicat imaginem eē in speculo.

**C**irca predicta sunt dubia. Primum qualis est diuisio actionis in actionem anime et corporis. Solutio Alberti si corpus dicat agens tantū et similiter anima tunc est diuisio accidentis in subiecta. Si autem hec dicant formā actionis ut actio anime sit fin rationē animalis. et corporis fin rationē corporis sive formā corporalē. tunc potest esse diuisio generis in species. et illo modo accipitur hic et dat prima genera subalterna in hoc genere generalissimo. non tamen est ipsa data p̄ drās proprias actionis in suo genere. ex quo sic dividetur differentiā accidentiū sed sunt iste differentiae actionis fin q̄ actio ad substantiam reducitur tanq; ad causam. Sic enim aliqua actio est anime et ali qua corporis. anime que est ab anima fin formā animalē. et corporis q̄ est a corpore fin formā corporalē.

**S**ed in dubium est. An Gilbertus bene posuit in textu differentiā actionis anime et corporis. Et videtur primo q̄ non. quia videre audire sapere imaginari. sunt actiones anime et tamen in his omnibus mouetur id in quo est actio. Sc̄do superiora mouēt inferiora motu corporico. et tamen superiora illo motu non videntē moueri. Tercio magnes est corpus immobile. et tamen agit in ferram manens immobilis. quia manens in eodem loco trahit ad se ferrum. Quarto dicit Alixena q̄ oculus mulieris menstruate piecit camelum in foneam. et tamen oculus mulieris manet immobile. Solutio Alberti sic. quia corpus per seipm non est actionis principiū et fin se et suam propriam substantiaz nō agit sed per accidens. ideo oportet q̄ moueat ad

V. d. S. ff. articulus

# Ber principia

formā sive locū qua fiat actionis principium sicut instrumenta indigent moueri ab artifice ut suscipiant virtutē mouendi formā artificia et in materia. t̄ ideo manus mota prius ad formā motoris mouetur ut motu corporis inducat formā primi motoris impatiens. Anima vero dum agit immobilis manet et non mouetur. mouet tamen corpus vivificando et mouēdo ipm fin locum in motu progressivo et alijs in vite motib⁹ quorum anima per se est causa. quia om̄is actio vite sibi essentialis est et p se ipam mouet motu vite. t̄ ideo non indiget ut ad aliud moueat a quo accipiat formā vel locum fin quē fiat motus principiū propter quod agit proprias anime actiones sine motu quo mouatur si sit anima perfecta. et sic nō mouetur motu quo mouet. t̄ ideo in suo ordine probatur mouens primū. Ad obiecta in oppositū ad primū respondet Albertus q̄ vide re audire et similia potius nominat passiones q̄ actiones. quia videre dicit duo. scz specie rei visibilis recipere. et sic per specie recepta de obiecto iudicare. Quo ad primū dicit phs sensus est virtus passiva et sic sunt in predicamento passionis. quo ad secundū in predicamento actionis. et propter hoc dicuntur possibles actiones. Ut dicendū q̄ in talibus id quod mouet ut potentia sensitiva vel intellectiva non mouetur motu reali et phisico qui est cum abiectione contrarie forme a passo sed potius mouet motu intentionis qui ē mot⁹ fin rationē et quedā perfectio potentie quomodo dicimus obiectum agere in potentia suam speciem cuius speciei receptione est generaliter dicta passio. Ad secundū respo idet Albertus q̄ corpora superiora mouet motu virtutis suo et motorum. et ideo mouentur motu virtutis ipsorum. et sic agit mota et acta motu et actione sui motoris. Ut dicendū q̄ talis motus est virtutis que est spiritualis. et sic quis sit corporis non tamen est qualitatis corporalis sed virtutis incorporee. et ideo non est necesse in ipso corpus moueri. quia non est corporalis actio sed incorporea. Ad tertium dicendum q̄ magnes virtute sua specifica alteat aerem et sequitur aer ferrum. et sic ipsum alteratum mouetur ad magnetē tanq̄ ad proprium locū. Nam magnes alteret ferrum patet p al. in libro de mineralibus capitulo undecimo de incipiētibus ab m vbi dicit q̄ virtus eius est mirabilis in attractione ferri. ita q̄ virtutem suam transmittit in ferrum in tantū ut illud erit aliud ferrum trahit et vincit allio non trahit. et similiter si sibi supponatur adamas iterū non

trahit sic q̄ parvus adamas magnū ligat magnetem et addit q̄ suo tempore inveniens fuit magnes qui ab uno angulo traxit ferrum et ab alio fugauit.

Ad quartū est dicendum q̄ oculus mulieris menstruata non agit in camelum per substantie contactū. et ideo non oportet q̄ oculus mulieris reperiatur sed egit fm aliquos humores praus et infectos sicut dicitur de basisco q̄ prius videns hominem per sui visum interficit insidiando aerem per humores venenosos egredientes eius oculos. sicut testantur phis. inficit tamen ut dicit H̄ wilhelmus parisensis non ad quicunq̄ distantiam sed solum ad determinatā.

Terterum dubium: Utrum diuisio actionis in actionē anime et corporis sit conueniens et bona. Et video q̄ non. quia aliqua est actio totius compositi que nec est anime nec corporis. Etiam color agit calefaciendo. ergo non est ista diuisio sufficiens. Secō dīfere rentie diuisione debent esse in eodem genere cum diuisio sed anima et corpus non sunt in genere actionis ergo non conuenienter diuidunt actionem. Tercio om̄is actio fm phm est in contraria. sed anima et corpus cum sint substantiae non habent contraria. ergo non est aliquis talis actio. Solutio sic. quia membra diuidēta euacuant totum posse diuisi et sunt aliquo modo opposita et non excedunt ipm diuisum. Ad obiecta in oppositū ad primū est dicendum q̄ om̄is actio est totius compositi ex quo actiones sunt suppositorū tamen est gratia alii cuius principij. et sic in motu progressivo totū mouetur sed semper gratia vnius principij. qz gratia anime mouet. et gratia corporis mouet. Ad confirmationē dicendū. q̄ calor sine forma accidentalis non est id quod agit sed q̄ qz enim ignis per calorem calefacit. Ad secundū partit prius quia dīfere actionis non sunt formae in proprio genere. ex quo i. proprio genere diuisibilis est differentijs accidentiū sed iste differentiē sunt actionis in quantum est accidentis reducibile ad substantiā. Ad tertium responderet Albertus q̄ actio accipitur hic communiter fm q̄ etiam mouere est agere. Actio autē anime idem est q̄ motio. Si vero actio captiatur stricte p actione phisica tunc est contrariorū et inter contraria. Actione igitur communiter accepta dicitur etiā substantia agere qz sicut dicit Damaseenus. nulla substantia est que propria destituatur operacōe. et id probat phs q̄ vnu qd̄ habet actū sine actionē p̄paz ad quā ē p̄r. Quartum dubium est: quomodo ima-

# Gilberti porritani.

go generatur in specie. **G**olutio Alberti  
tu magni hoc modo quia lumen quod est for-  
ma celestis cuius esse est spirituale et non ma-  
teriale habet potentiam et virtutem conferen-  
di esse spirituale in perspicuo ei quod mate-  
rialiter est in corpore materiali terminato. trahit  
parens autem terminatus et tertium et politum  
lumen sibi incidentis reflectere habet ad partem an-  
gulum hinc contingit quod lumen ymaginem ab  
strahit abesse materiali et in perspicuo dat sibi et  
spirituale quod est esse lucis vel luminis inci-  
dens in speculo terminato et tunc transilice-  
re non potest a sufficio polita speculi tandem ad  
inspectorem speculi eandem reflectit. et ergo ap-  
paret sub duobus situibus uno quidem lumi-  
ni incidenti ab inspectore. Altero vero situ lu-  
minis reflecti a speculo ad inspectorem. et quod ima-  
go est in corpore inspectoris materialiter.

In lumine autem perspicui quod est medius ins-  
pectorem. et speculum est sicut indeferente et  
in esse spirituale. **I**n speculo autem est sicut  
in terminante et reflectente incidentes radii.

**P**ro quo consideranda est quod triplex est ra-  
dius. scilicet rectus reflexus et fractus. **R**adius rectus  
est ille qui diffunditur a corpore luisoso in me-  
dio eiusdem dyaphoneitatis quantum durat  
virtus ipsius luminosi. **R**adius reflexus est  
qui occurrente opaco anum terminetur virtus  
activa luminosi diffunditur in grem obiectam  
et hoc necessitate materiali. quia agens natura  
le cuius virtus activa non est totaliter ex hau-  
sta indirecto agit quantum potest et quod non po-  
test indirecte agit in obliquis. sicut patet in ra-  
dio solis terminato ad partem. et hoc modo yma-  
go generatur in speculo. **R**adius fractus est  
ille qui occurrente medio alterius dyaphonei-  
tatis non tamen omnino opaco multiplicatur  
nullo medio non enim linea recta sed incidit ibi  
angulus sicut patet de bacculo cuius una pars est  
sub aqua et alia in aere qui apparet fractus li-  
cet non sit.

**Q**uintum dubium. Utrum ymago  
in speculo sit aliquid. **E**t videtur quod non. quia  
vel esset corpus vel non corpus. **N**on enim  
quia tunc duo corpora essent in eodem loco cum  
speculū propter receptionē imaginis non recipi-  
at maiorem locum. **E**tiam omne corpus habet  
profundum. sed ista forma videtur sub ratione su-  
perficie. **N**ec etiam est non corpus quia ista for-  
ma videtur moueri motu corporis. sed impossibili-  
bile est non corpus corpore moueri. ut dicit Hil-  
bertus. ergo nihil est quod dicit Hil. quod impossi-  
bile est soluere si vera forma sit in speculo.

**G**olutio Alberti in libro de homine quodam  
volebant dicere quod ymago absolute nihil est in  
veritate sed tantum compagno aspicientis ad spe-  
culū adducētes si studiū de umbrā que ē pri-  
uatio lucis ppter objectionem corporis opaci  
**S**ed hoc nihil est quoniam umbra post corpus  
opacū p̄citur quod inter umbrā et corpus lumi-  
nosum est. sed ymagō in speculo est ppter hoc quod lu-  
men directe illuminat faciem aspicientis in spe-  
culo. sine omni umbra media cuius signum est spe-  
culo existente in tenebris non resultant in eo  
yimagines. **E**t igitur ymagō sicut veritate aliquid. quia ipsa agit actu in mutando visum  
et videtur non tamen est substantia vel corpus  
ut in principio assumptū fuit sed est accidens.

**H**ec tamen dubium in quo est ymagō  
subiectu et ipa sit actus. **E**t videtur quod non sit  
in speculo. quia motus nobis mouetur omnia que  
in nobis sunt sed etiam Topicorum. si igitur esset in  
speculo moueretur ad motum eius. hoc autem vide-  
mus falsum. quia speculo immobili permanen-  
te. ymagō apparet veniens et recedens et situum  
varians ad variationē aspicientis. quare dicit  
Hil. quod impossibile est soluere concessum quod yma-  
go sit vera forma in speculo. **E**t si sic non dica-  
tur erit intollerabilis error in vulgo licet hoc  
sit probabilitas quod innuit ipse quod sit in extre-  
mitate aeris tangentis speculū quod tamen falsum est.

**G**olutio Alberti in libro de homine ymagō  
sicut veritatem est in ipso speculo sicut in subiec-  
to. quia unumquodque est in illo ut in subiecto a quo  
non dicitur quod sit in speculo et huiusmodi. quia alias videretur in extremo aere tan-  
gentie speculum sicut dicit Gilbertus. Verum  
tamen est quod Albertus hic in commento exponen-  
do Hilbertum dicit quod non est in speculo sicut in subiec-  
to sive in loco. sed ubi scribit tenens oppi-  
tionē suam. prout dicit et sicut dictum est. vel  
intelligit quod non sit in subiecto sicut forma alia  
corporalis permanens sicut albedo in superficie. et  
sic exponentes communiter negant hic Hilbertum.

**A**d obiectū in oppositū est dicendum. quod for-  
ma ista non mouetur motu speculi sed genera-  
tur et corripitur semper de novo. quia siū gene-  
ratur est extra speculū scilicet aspiciens speculi op-  
positum sicut rectum situm. Non enim mouetur  
localiter sicut quidam putauerunt. sed perinde  
generatur noua sicut dicimus lumen non mo-  
ueri localiter sed nouā habere essentiā generata  
ad nouā presentiā illuminatiōnis unde tribus mo-  
dis generat in speculo et corripitur scilicet ex mo-  
tu aspicientis ex motu speculi et motu aeris in  
medio. et hoc ex eo quod ad inutardes speculi re-  
tur recta oppositio et illa potest variari vel ex-

# Ex principia

Pte aspicientis v'l speculi. et sic corrumpitur vna  
et generatur alia. medium deferens etiam corrumpit eam si variatur. ut qm aer medius est extra re-  
ctam oppositionem inter speculum et aspicien-  
tem. forma autem non appetere.

**S**eptimum dubium est. in quo pre-  
dicamento est ista forma. **E**t videtur q' sit  
passio v'l qualitas passibilis quia omne inferens  
sensui passionem est passio vel passibilis qua-  
litas. ymago infert sensui passionem quia im-  
pat ipm ergo est passio. **S**olutio. ymago no  
est passio vel passibilis qualitas. quia talis q'  
litas in specie habet contrariu formam ista no hz  
contrariu s' est habitus v'l dispositio non exi-  
stet proprie forma. sed similitudo forme. et il-  
la potest esse in anima. sicut patet de specie sensi-  
bili et intelligibili. **A**d obiectum in oppositu  
est dicendum. q' inferre sensui passiones pmo ve  
pm agens est passio v'l passibilis qualitas et  
tale dicitur color. sed non oportet q' receptum  
in oculo v'l in speculo sit color. fm esse coloris  
s' solu ent species coloris in oculo q' est principi-  
um cognoscendi colorem.

**O**ctauum dubium est. Utrum ymago  
recipiat in speculo ut in superficie v'l in puncto  
**E**t videtur q' ut in superficie. quia quicq' ap-  
paret sub longitudine et latitudine apparet s' in  
ratione superficie. forma speculi apparet sic. ergo  
est in speculo ut in superficie et non ut in puncto.  
**S**olutio. ymago in speculo ut in puncto re-  
sultat. quia illud quod resultat in aliquo ut in  
superficie sub ratione superficie existens in su-  
perficio una alicuius quantitatis totum non  
potest esse in superficie minori. sed ymago specu-  
li existens in uno magno speculo potest appa-  
re in minori. ergo non est ibi ut in superficie.  
**M**inor patet ad sensum. quia si speculum in  
decem partes diuidatur. in qualibet illarum par-  
tium erit tota ymago. **A**d obiectum in oppo-  
siteum dicendum. q' ymago resultans in speculo  
non habet longitudinem et latitudinem fm esse lo-  
gitudinis et latitudinis sed tantu specie siue in  
tentione longi et lati. sicut patuit in solutione  
principal. et sic est ibi ut in puncto reflectente  
et quia a quolibet puncto sit reflectio. ideo ima-  
go tota videatur in q'libet pte speculi diuisi i ptes

**N**onum dubium fm quā naturā spe-  
culi est receptum ymagine. **S**olutio non  
fm naturā corporis. q' sic aueniret cū corpori  
sed requiritur ad rationē speculi planicies et ter-  
minatio p' plumbū v'l aliqd hmōi. et ergo aer q'  
est transparens tantu. no est speculum. Aqua ve-

ro quia est transparens et spissa aliquo mō ter-  
minat lucem que abstrahit formas visibles  
et reflectit eas a superficie plana et p' sequens co-  
gregat ibi formā abstractaz a luce et ppter hoc  
ipsa est speculum licet aliquatenus obscurum. et idem  
est de quibusdā metallis sicut de auro et argen-  
to. cupro. ferro de quibus alijs in locis parti-  
cularius dicitur est. Quare de his et similib' hic  
multa dicere et determinare necesse non est.

Sequuntur alii tenuis.

**S**ire autem oportet qm omittit qd  
in motu est actio est. Moueri autem ac-  
tio est. Si quis igitur moueatur agit  
necessario. Omnis ergo actio in motu  
Omnisq' actio in motu firmabitur.  
**P**roprium igitur actionis est in mo-  
tu esse sicut propriū motus in actione  
et in his quidem actionibus in q'bus  
est generatio aliqua palā est. De his  
vero corripuntur fortasse obicitur. Nam  
qui destruit domum in motu est. His  
chil autem agere videtur. Nam nichil  
efficitur. sed quod est factum destruitur  
**B**ico autem actionem non quid s' in  
quid agat exigere. Non est autem mo-  
tus actio sed quale. quiescere enim quale  
est. quare et motus quidem quale erit.  
**S**impliciter enim quecumq' contrario  
rum oppositionem suscipiunt eiusdem  
recipiunt generis predicationem.

**N**aturalis vero proprietas actionis  
est passionem ex se in id quod subiectis  
tur inferre. Omnis enim actio passio-  
nis perfectiva est. omneq' passionem  
inferens actio est. Contingit autem  
actionē ab actione effici. actio ei' quod  
per se mouetur. eius actionis que per  
aliquid est generativa est. Actio enim ab  
animali illata ab ea que animalis pri-  
cipium sumit. nihil tamen interest siue  
agere siue pati animalis eius quod est  
ab animali agere est principium dica-  
tur. Et si actus quidē premordiale pri-  
cipium est. pali vo per mixtum q' ob-  
rem passionis et actionis actus gene-  
ratiuus est. **F**acere vero id quod

# Gilberti porritanus.

quale ē ex se gignit. Qualitas etem calor est. Efficit autem eam que calefacere est actionē. Qualitatum vero particularum positio effectrix est et quantitatū. **A**speritas enī et lene et similitudines sunt. linea vero superficies et soliditas quantitates sunt. Uniuersa autem hec a sitū substantiā et generacione habent. quantitas autem quantitatis est ut longitudinis linea latitudinis planū. Altitudinis vero solidū est corpus. Qualitas autē est effectrix qualitatis ut caliditatis calor. Sit autem agere et pati. In dispositōni nāqz compositōe quedā generatio simpliciū sit qz in motuā actione consistere necesse est. Quando vero tempus causa est ubi vero locus habere aitez copius. Ea enī que circa corporis sunt habere dicuntur. Eorum vero quē in subiecto non sunt individuorum corruptio quidem est in primis. generatio vero in his que motu post priorum constitutionem consistunt. Eorum vero qd de ipsis predicta sunt ea a quibus oīo nulla est predicatione. ut omnes quidez homines eius hominis qui cōmuniſ et vniuersalis est. Recipit autem agere et pati contrarietates et magis et minus. Secare enim ad plantare contra riuū est et viere ad humidum facere contrarium est. et calcifici magis et minus quidem dicitur et in frigidari et siccaſ ri et humidū fieri et tristari et gaudere magis et minus dicitur.

**T**unc ibi. Scire autem oportet.

Consequenter p̄sequitur Hilber. de proprietatibus actionis et diuiditur in tres partes. sīm qd p̄nit tres proprietates actionis. sed a ibi naturalis vero. tercia ibi. Recipit. prima in duo. quia primo facit hoc. sed remouet dubium ibi sī in his. **Q**uo ad primū dicit. Scire oportet qd omne quod est in motu actionē est. moueri ēm est acti. quia si quid mouetur ipm necessaria agit. ex quo sequitur qd omnis actionē in mo-

tu est. et omnis motus in actionē firmabitur. quare proprium actionis est in motu esse sicut proprium motus in actionē.

**T**unc ibi. Et in hijs quidem.

Dic Hilbertus mouet dubitationem dicens. qd nullis actionibus in quibus est aliqua generatione. id est in quibus aliquid agitur palam est qd ibi motus et actio sunt simul. sed nullis in quibus fit corruptio viderur motus sine actione. quia illud quod destruit mouet sed non agit aliqd immo potius retegit sive qd actuēt destruit. sed ad hoc responderet Hilber. qd in corruptione actio et motus sunt etiam simul sive agere et mouere. quia actio non semper requirit id quod agat. vel quod aliquid mediante actōne sive. sed solum requirit subiectū in qd agat.

**T**unc ibi. Non est autem.

Hic solvit Hilbertus quēdam objectionē que fieri posset ex dictis ex quo ēm dictum est. qd actionē in motu est et motus in actionē. possit alibi credere. qd actio et motus essent vnu et id est hoc autē dubium remonendo dicit. qd motus non est actio. sed magis quale. quia quiscere est quale. quies autem opponitur motui. opposita autem sunt in codem genere. igit motus ē quale.

**T**unc ibi. Naturalis vero.

Dic ponit naturalem proprietatem actionis dicens. proprium est actionē ex se inferre passionem in id quod subicitur. Omnis ēm actionē passionis est effectiva et passionē infert. Contingit tamen quandoqz actionē inferri ex actionē sicurales actio ignis causa est qd lapis ignitus calescat. Et hoc etiā manifestū est in his qd per se mouētur. et animalia que principiū sui motus habent in seip̄is. sepe ēm contingit qd actio animalis quod p̄ se mouetur effectrix est ei⁹ actionis que est actio per aliud. sicut actio illata ab aliquo animali. sicut impulsus aliquis vel mors vel altus impetus causatur ab actione ipsius animalis puta ab ambulatione vel pedum collisione vel dentiū compressione. et sic actio efficit actionē. sumit ēm principiū actio alteri illata ab ea actiōne quaz animal agit in seip̄o et istius exempli est sīm Albertū. qd animal ambulat et ambulando colliditur et collidit corru vle pede ferit. sic contingit actionē p̄ accidēt esse effectivā actionis per se autē passionis est generativa et factrix. et ideo diffinatur per hoc quod ei per se conuenit. et non per hoc quod ei per accidēt conuenit.

**T**unc ibi. Facere autem eius.

¶ iiiij.

# Six principia

Ostendit unde generatur actio et dicit quae sunt qualitas est principium ipsius agere sive facere. Qualitas enim que est calor efficit et se causare quod est facere et agere quare nihil est actionis nisi qualitas ut dicit phus. in genere qualitates sunt passimiles qualitates

Cum ibi. Qualitatum vero parti. Respondet tacite questioni que fieri posset. quae res unius predicamenti hoc modo causaretur a re alterius predicamenti. sed responderet hoc non esse inconveniens. quia sic quarundam qualitatum particularium positio est effectrix et quantitatam aspectus namque et lenitas et similia qualitates sunt a positionibus causatae. Similiter etiam quandam quantitates a posicione efficiuntur et causantur ut linea superficies et corpus. partibus enim eque in longitudine dispositis causatur linea.

Si autem ponatur ad duas dyametres scilicet longitudinis et latitudinis sic causatur superficies sicut autem in tres corpora. Uniuersa enim quae dicta sunt a sive sunt positione substantia et generationem habent. Similiter quantitas esse criter est quantitatis sicut linea corporis facit longitudinem. superficies latitudinem. et scia dimensio corporis profunditatem. Similiter quandoque qualitas efficit qualitatem ut calor ignis efficit calorem aque. Situs etiam quodcumque facit agere vel pati. cuius exemplum est quod in disposito composito et corporibus que ex contraria primis qualitatibus mixta sunt fit ipso simplificum que mixta sunt continua quedam generatio una qualitate altera transmutante quam generatione sive transmutatione necesse est constare in actuaria motione. ita quod continue unum mouet aliud et moueat ab alio et continue unum agat in aliud et patiatur ab alio. Cuius etiam quod est ubi. locus causa est cum tamen locus sit quantitas. et ubi genus sui predicamenti. Eius autem quod est quando. tempus causa est et tamen sunt generes diversi. Similiter eius quod est habere ut inducit esse vel calciatum esse. aliquo modo causa est corpus ad cuius mutationem mutatur habitus. et propter quod queritur et sic multipliciter res unius predicamenti est causa rei alterius predicamenti. cum tamquam per hoc causa non est in eodem genere cum suo effectu.

Cum ibi. Forum vero. Ostendit consequenter Hilbertus quomodo individualia substantiae que non sunt in subiecto eo quod non sunt actiones se habent ad generationes et corruptionem et per consequens ad actiones et passionem. Dicens. quod in primis individualibus est

corruptionis sine generatione pura. sicut primus bos est creatus et primus leo. Similiter et ista creatione non precessit generatio aliqua sed post eorum creationem secuta est corruptione. sed generatio est in his quae mox subsistunt post primorum constitutionem. statim enim nullus fuit generationis propagatio. Comunitate autem sive universalitate que de primis substantiis predictis sunt que sunt secundum substantiam causa sunt per me substantia et quibus nulla est predicatione sicut omnes homines particulares sunt generalis et ad omnes vel quis enim finis actum sit in quo liberum est et omnibus. tunc oportet quod singulis conueniat. et sic communitas a singularitate procedit et generalis sive efficitur ex ea.

Circa predicta sunt dubia. Primum. Utrum prima proprietas actionis in qua dicitur quod omnis actio in motu et motus in actione firmatur sit vera. Soluimus Alberti sic. quod motus est actus perfectus mouentis et actus est effectus processus agentis in patiente. ergo mouens in se est mouens imprimens motum in eo quod mouetur et actus agit et agendo mouet. et sic omnino quod est in motu finis quod motus est actus mouentis est actio quedam procedens ab agente in id quod patitur. et sic moueri a mouente est actio impressa ab agente. Si quid igitur hoc modo mouetur agit necessario. quia forte virtute mouentis seipsum agit ad formam agentis primi sic et semen virtute generantis agit se ad formam primi generantis. et hoc modo intelligitur dicendum auctoribus quod actio est post actionem. Et ita omnis actio secunda est infieri ab agente est in motu qui est actus mouentis in id quod mouetur. et omnis motus qui est actus perfectus mouentis firmatur et stabilit in actione que est inferiri. et est illud quod procedit ab agente ipsatis et hoc vocatur materiae actionis. formale vero etiam est in motu sicut inseparabiliter coniunctum motum. quia est agentis finis quod est agens formaliter. materiae vero est actus effectivus processus in id quod mouetur. et sic non separantur phisicus motus et actio. nec etiam motus generaliter sumptus. et actio generaliter sumpta. quia sic mouere est agere et econverso. et istud manifestum est in actionibus in quibus est aliquod generatio licet forte prima facie videatur falsum in his ubi est destructio quedam. prout hoc circa textum sufficenter tactum fuit.

Sed contra istud arguitur sic. Motus subiectivus est in ipso mobili. Actio vero est ex-

# Gilberti porritani.

fectius processus agentis in patiēs. ergo nō potest motus in actione. et actio in motu sumari. **S**olutio Alberti est q̄ actio nō sumatur in motu ut motus in actione. secundū q̄ motus est actus imperfectus mobilis. q̄ sic moueri nō est agere sed pati. et si hoc modo actio esset in motu esse in paciente. Et quia id agit in quo est actio sequeretur q̄ patiens etiā esset agens et actio esset passio que sunt inconuenientia. ergo inconuenientia ē primū scz q̄ actio firmat in motu fm q̄ motus ē actus imperfectus ipius mobilis. firmat em i motu fm q̄ ē act⁹ mouēris. **S**ecundū dubium est an motus sit quale quoddā sicut dicit Hilbertus. Et vide tur primo q̄ nō. q̄a motus ut supra in postpre dicamētis dictū est in nullo est predicamēto. cum nō sit ens pfectum. ergo nō est quale sive qualitas. **E**t cōfirmatur q̄a motus ē in qua tuor generibus ut dicit tertio phisicoz. **S**olutio Alberti motus accipit tripliciter. Uno modo fm q̄ est actus imperfectus et illo mō est in omnibus generibus. cum in omnibus sit potentia et actus. potentia autē exiens in actu mouetur. et motus dicitur actus eius. et cum potē tia et actus eiusdem generis sint sicut pfectum et imperfectum eiusdem nature sunt. op̄et q̄ motus hoc modo sumptus sit in omnibus generibus. **S**ecundo accipitur motus fm specie na ture que mouetur sive que p̄ motum est acq̄s bilis. Et illo mō dicit phus in tertio phisicoz q̄ ad quartuor predicamēta sit motus. Et si accipiatur pro trāstū successivo qui est in tempore et nō subito ut dicit Zwicknā tūc est in tribus predicamētis. **T**ertio motus accipitur fm q̄ est forma mouentis pcedens a mouente in id quod mouet. Et est qualitas fm quā mouens dicitur quale. et hoc modo sumit logice. et sic quies est status in forma mouentis et h̄ est quale esse fm mouentis formā. Et cū qualitas diuidat in quatuor spēs et nō est motus forma et circa hoc aliquid cōstantis figura. aut passio sive passibilis qualitas nec natural' po tentia vel impotentia relinquit q̄ sit habitus vel dispositio fm vero q̄ est actus imperfecti tūc dicitur dispositio pmouens vel disponens ad habitū. et sic motus accipitur ut est formale tenetians mobile. tale autē formale tenetionis nans fm q̄ hmōi modū qualitatis habet. patet igitur q̄ motus accipitur equoce. et tamen magis proprie noīat flurum forme p̄ motū acquisibl̄ cum q̄ est eiusdē cōntie sic em̄ materia lē motus ē forma fluēs. in q̄ etiā cōicat actio et passio. et formale est fluxus forme fluētis sup/

additus. sed ab ea realiter non distinctus sicut dicitur tertio phisicoz.

**T**ercium dubium est circa scđam proprietate an p̄prium sit actioni ex se inferre passionem. **E**t videtur primo q̄ non. quia inferre ē agere actio nō agit. ergo nō inferit. **M**aior est nota. Minor p̄batur quia actio ē in agente. igitur si actio ageret esset actio in actōne cuz actio sit forma accidentalis. vna q̄t forma accidentis in alia esse non potest. **S**ecundo hec proprietas cōuenit substantie quia ignis in ferit passionē aque et tamē nō est actio. **S**olutio quia ista proprietas est propria quarto modo actioni quia cōsequitur actionē quo ad eius essentialia sic em̄ dicit diffinitio. **A**ctio est fm quā in id quod subiicit agere dicimur. **A**d obiecta in oppositum ad primū dicendum est q̄ actio nō est quod infert quia actōes sunt suppositoz ut dicitur p̄mo metaphysice. sed actio est forma qua ipm agens formaliter agere dicitur. **A**ccidens autē potest esse instrumentū actionis sed nō potest esse agens quocē quia tale est suppositum. **A**d secundū est dicendum q̄ quāvis ipse ignis inferat passionē. nō tamē ex se sed inquit agens. et licet actio quādoq̄ inferat actionē ut i textu dicatum fuit. tamē hoc solum est p̄ accidēs. et ideo dicitur notant̄ q̄ p̄prium ē actōi ex se inferre passionē. **Q**uartum dubium est an actioni cōvenit habere contrariū et suscipe magis et minus. sic hic dicit Hilbertus et phus in p̄dicamētis. **E**t videtur p̄mo q̄ nō habeat contrariū. q̄a inter contraria q̄nto phisicoz est motus. ergo si actio est actioni contraria sequit̄ q̄ ab actōe in actionē est motus. sed hoc ē fallū et cōtra phisicoz in q̄nto phisicoz. ergo actio nō habet contrariū. **S**ecundo contraria expellunt se ab eodē subiecto. led actio nō expellit actōez ex quo expellere est agere. Et simili mō p̄nit formari argumēta contra scđam proprietatē scz q̄ de intenso in remissum sit motus sed ad actōem nō est motus. **S**olutio Alberti sic actio em̄ et passio recipiunt contrarietatē tam in substātia q̄ in effectu. In effectu em̄ excidere seu eradicare contrariū ē ei qd̄ est plātare. Similiter eradicari et plātare sunt passiones contrarie in effectu. In substātia autē et forma actōnis calefacere contrariū ē ei qd̄ est frigescere. et exsiccare contrariū ē ei qd̄ est humidum facere. Et in passionibus similiter calefieri contrariū ē ei quod est frigesceri et exsiccari adhumidum fieri. Similiter recipiunt actio et passio magis et minus. Calefacere em̄ magis et minus dicitur. Similiter etiā cale/

# Ber principia

fieri et frigesceri magis et minus dicitur. Si  
militer est in passionib<sup>z</sup> illatis. ut contristari aut  
gaudere sicut magis et minus dicuntur. patet igit  
ur q<sup>z</sup> actio et passio hinc contraria et suscipiunt  
magis et minus. verum est tamē q<sup>z</sup> nullo modo  
proprii sunt p<sup>z</sup>prie iste proprietates q<sup>z</sup> nec co  
nveniunt omni nec soli. nō omni quia nō cōve  
niunt actionibus simplicibus vel spūalibus.  
sicut sunt cōtemplare intelligere que nō sunt  
sicut aliquā formā contraria. sed cōveniunt pre  
cipue actionibus materialib<sup>z</sup> que oriūntur a for  
mis contraria. sicut sunt frigescere et calefacere.

**S**ed dices hec proprietas cōvenit etiam  
actionibus simplicib<sup>z</sup> quia tristari et gaudere  
contrariantur. et tamē sunt actiones simplices  
**S**olutio Albti tristari et gaudere nō merētur  
dici actiones simplices vel spūales. quia licet  
sint in anima et nō in corpore. sunt tamē pūijs  
q<sup>z</sup>būdam mutatioib<sup>z</sup> et passionib<sup>z</sup> in corpore  
factis. sicut circa tertiam spēm qualitatē dictū  
est zc. **A**d obiecta in oppositū. Ad primū  
est dicendum q<sup>z</sup> hoc verum ē in qualitatib<sup>z</sup> con  
traria. sed de actionibus et passionibus nō est  
necessit. quia actio et passio nō habent contra  
rium nisi sicut suū materiale. et ideo nō oportet  
q<sup>z</sup> inter actiones fiat motus. sed sufficit q<sup>z</sup> int  
qualitates a quibus actio et passio cāntur fiat  
motus. **A**d scđm patuit solutio ex prius di  
ctis q<sup>z</sup> contraria abstracta a materia nō agunt  
neq<sup>z</sup> patiūntur sed in subiecto. **V**el p<sup>z</sup> dīci q<sup>z</sup> ve  
rum est quo ad istum sensū contraria expellunt  
se. hoc est nō p<sup>z</sup>mittunt se in uno et eode subiec  
to. et sic actiones contrarie se expellunt. quia in  
eodem subiecto esse nō possunt. sicut manife  
stum est ad sensum. **E**t p<sup>z</sup>portionabiliter dōm  
est de susceptione magis et minus. quia illa se  
quitur ex priori sicut effectus ex causa. et ita q<sup>z</sup>  
cūq<sup>z</sup> habent contraria suscipiunt magis et mi  
nus. sed nō econtra sicut lumen et scientia p<sup>z</sup>  
postea dicetur. **E**t causa est quia intensio et re  
missio nō causant solum a contrarietate. sed qn  
q<sup>z</sup> proueniunt aliunde sc̄z ex pte dispōnis sub  
iecti vel ex pte agentis. quare ista sc̄da. p<sup>z</sup>prie  
tas cōvenit omnibus actionibus. Primo mate  
rialibus que oriūntur a formis et virtutibus co  
traria. sicut calefactione et frigescfactione suscipiunt  
magis et minus sicut calidum et frigidum. **E**t  
similiter est de omnib<sup>z</sup> alijs actionibus et pas  
sionibus. Etiam cōvenit actionibus que nō  
oriūntur a contraria. sicut verberare  
re vulnerare que dicuntur sicut magis et minus  
quia ille magis verberat qui maiorē infert le  
sionem. vel qui maiori s<sup>z</sup>verberat impetu seu vio

lentia. Et ille magis vulnerat qui maius vul  
nus infert. et similis est de omnibus alijs. Con  
venit etiam actionibus simplicibus et spūali  
bus cuiusmōi sunt speculari et intelligere que  
sicut magis et minus dicuntur. Nam unus ho  
mo magis intelligit q<sup>z</sup> alius eo q<sup>z</sup> lumen intel  
lectuale ē magis clarum et limpidū in uno q<sup>z</sup>  
in alio. vel in eo q<sup>z</sup> unus homo maiorē appo  
nit conatum vel diligentia. vel ex eo q<sup>z</sup> unus  
magis se abstrahit a curis mundanis q<sup>z</sup> altus.  
vel quia intellectus unius magis est illimi  
natus et actuatas q<sup>z</sup> alterius. sicut doctor ma  
gis intelligit q<sup>z</sup> discipulus.

**Q**uartū Dubium an actio et passio si  
militer intendantur et remittantur ut intensior ac  
tio intensiore inferat passionē. et remissior re  
missio rem. **S**olutio sic de p<sup>z</sup> se licet p<sup>z</sup> acci  
dens bū contingat passionē magis intendi et  
dispōne subiecti magis passibilis qn obiec  
tum appetitus intellectui ut bonū honestum  
est magis actiu<sup>m</sup> q<sup>z</sup> obiectum appetitus sensi  
tui. et tñ appetitus sensu<sup>m</sup> magis ē passiu<sup>m</sup>  
**S**extū Dubiū ē an in primis indi  
viduis sit corruptio sine generatōe p<sup>z</sup>revia. **E**t  
videtur q<sup>z</sup> nō quia corruptio presupponit ē.  
sed esse acquirit per generatōem. ideo nō est  
corruptio sine generatione p<sup>z</sup>revia. **S**olutio  
sic quia prima creata in qualibet specie esse ac  
cipiunt per creatōem que est ex nihilo. et nō per  
generatōem. quia generans presupponit sem  
per materiā ex quo est virtutis finite. igitur nō  
potuerunt recipere esse p<sup>z</sup> generatōem illam ta  
men creationē secuta est corruptio ex quo ma  
terie fuit annexa priuatio et per hoc patet so  
lutio ad obiectum. **S**equitur textus

**D**ictio autē est effectus illatio  
q<sup>z</sup> actionis sicut quā hec patiū  
tur. illa vero mīme sicut q<sup>z</sup> que  
dam quibusdā animatiōra sunt ut ani  
matus quidē brutum arbore est. Uni  
mantius vero rationale irrationalē  
**O**mnia vero que de genere dicta sunt:  
et eadem etiam dici possunt de ea que  
in rebus est actione quadā vero pro  
latione nō recra sed in transmutatione  
**E**t enī pati eo<sup>m</sup> que multipliciter di  
cuntur. **A**nime enī actionū unaqueq<sup>z</sup>  
passio dicitur quas quidē sub actōne

# Gilberti porritani.

locamus ut amore odiūz tristari gaudere que oīa passibiles actiones anime appellamus. Dicitur quoqz passio q̄ in naturā agit ut morbus febris et egritudines et reliqua que qualia dicta sunt. Passio vero est vt dicitur est. Est prima generatio actionis. Nō est autē in agente passio sed in quo agitur et in eo quod opantis actum suscipit peccatans enim pati non dicitur sed materia ictum suscipiens. Et de passione qdē hec dicta sufficiat. Ea autē q nūc relinquuntur in eo qui de generatio ne in libro tractatur. Passio autē tc.

Q̄ istud est scđm capitulū primi tractatus ī quo Hilbertus determinat de scđo principio sc̄e passione. Et dividit in duas ptes principales. In prima pte determinat de passione quo ad eius essentialia. Et in secunda quo ad eius accidentalia. ibi om̄ia vero. p̄ma in duo. p̄mo determinat de passione diffinitive. scđo diuisione. secunda ibi fm̄ quā hec. Quo ad primū p̄nicipale dicit q̄ passio est effectus illatioqz actionis fm̄ quā hec patiūt magis illa vero minime. illa vero minime. q̄no dicim⁹ quedā animatiōa esse alijs ut br̄ntum animatiūs ē arboze sive plāta et rōnale ē animatiūs bruto.

Lunc ibi oīa vero que circusat se Hilbertus de prolixiore determinatione de ipa passione dicens. om̄ia que in p̄cedenti capitulo de generatio ne sive de actione dicta sunt ea dici possunt de ipsa passione. nō tamē recta appellatione sed transmutata ut qui ibi notabat actionem potentia notet hic passiuam sicut mura appellatio quādo dicitur calefacere et ralescere. et quādo dicitur virere et vri.

Est autē pati.

Determinat cōsequenter multiplicitatē passionis dicens. q̄ passio est de numero eoꝝ que multipliciter dicitur. q̄a actionū anime una queqz dicitur passio sicut amor odiūm tristare gaudere que tamē sub actionis predicatione locata fuerunt. quare dicuntur passibiles actiones. et illo modo passio communiter accipitur. Sed proprie passio dicitur id quod i naturem sive contra naturem agit. ut contrarium seu noctiū nature quoniam morbi febres egritudines et similia dicitur passiones. et hoc mo passio nō dicitur acceptio cuiuslibet simplici-

ter. sed dicitur acceptio contracti et noctiū qd̄ agit ad corruptionē. omnibus tamē hys conuenit in genere diffinitio

Lunc ibi passio vero vt cōsequenter determinat p̄p̄eratibus passionis dicens q̄ passio vt dicum ē p̄se. prima actionis generatio. hoc est primū quod generatur ex actione in ipso paciente. nec tamen se quitur ex hoc q̄ passio subiectum sit in agente. quia fm̄ q̄ forma illa est in agente est agens et actio est processus illius in patiente. sed fm̄ q̄ recepta est in patiente p̄ actionem agentis sic est passio. Est ergo passio subiectum in patiente sive in eo quod agitur et opantis actionē suscipit. peccatans enī nō dicitur pati sed materia ictum suscipiens. Et hec dicta de passione sufficiant. Ea vero que nūc relinquuntur in eo qui de generatio ne est tērā. id est in capitulo de actione que dicitur generatio. Aut ut alij exponunt de generatione sc̄e et corruptione vbi determinatur de tactu agere et pati.

Circa textum incident dubia. Prima est an diffinitio passionis sit cōvenienter assignata. Et videtur primo q̄ nō q̄a omnis diffinitio debet dari p̄ genus et differentia. passio est genus generalissimum nō habens genus et differentiam. ergo nō potest diffiniri. Etiam solius speciei specialissime est diffinitio. Se cundo fm̄ Hilbertum passio est quale sive qualitas. ergo nō est distincta predicamentū. Ans patet de ira et gaudio que sunt passiones illate. Tertio Hilbertus dicit in textu passio est id quod agit in naturam sicut febris et cōsimiles egritudines. sed illa repūntur in prima specie qualitatis. igitur nō sunt diversa predicamenta passio et qualitas. Quarto risibile dicitur passio hominis et est de secunda specie qualitatis cū sit naturalis potentia. Quinto passio nō est nisi receptio forme agentis ut dicit albertus. sed forma talis est quedā qualitas. ergo nō est passio a qualitate distincta. Sexto corruptio et similiter quelibet alia destrucio est passio et tamē nō sunt effectus actionis. q̄a corruptio nō efficit sed potius quod effectum est destruit. Septimo effectus et illatio idē sunt. ergo diffinitio passionis est nugatoria. Solutio sic quia cōvenit omni passione et explicat sufficiēter qdditatē ipius et distinguunt ipam ab omnibus alijs generib⁹. dicum ē em⁹ q̄ actio est fm̄ quā in id quod subiicitur agere dicimus. Illud autē qd̄ subiicit agenti patiente

150

# Ber principia.

ab agente et sic passio est effectus illatioꝝ ac/  
tionis. **D**uo enim sunt in actione fīm cōpletam  
eius idem. ut dicit **A**lbūtus vñ est forma & gē  
tis a patiente suscepta. et quo ad hoc passio di  
citur effectus actionis. **S**ed m̄ est continua  
receptio sive affectio qua patiens afficitur et  
pati denotatur. **P**rimū est materiale. **S**ed m̄  
autē est differentialē sive formale. p̄ primū pas  
sionis diffinitio cōuenit secūdarijs effectibus  
actionis hoc ē qualitatibꝝ p̄ actionē in pa  
tiente acquisitiꝝ. **P**er scđm differt ab illis ex  
quo nihil prohibet illos effectus actionis in  
absentia subiectū afficer. sed hoc nō potest fa  
cere passio eo q̄ simul tempore est cum actione.  
**N**on est igitur passio effectus tñ habituali  
ter in subiecto quiescens sicut qualitas. sed ē  
causatum sive hoc est effectus in fieri conti  
nue ab agente procedens. **A**d obiecta in op  
positum ad primū est dicendum fīm dñm **A**l  
bertum q̄ nō est qđditatua et essentialis dif  
finitio sed qualificūq̄ notificatio sive descrip  
tio que est maioris declaratiōis q̄ ipm nomē  
**A**utoritas vero boecij intelligitur de p̄prie  
dicta diffinitione sicut patitur in p̄cedenti ca  
pitulo. **A**d scđm tertium et quartū simul di  
citur q̄ passio accipitur multis modis. Pri  
mo capitur pro quadā affectione anime. sicut  
est odium ira gaudium vel aliqua simil' passio  
et sic est qualitas et p̄ hoc vadiꝝ secunda obiec  
tio. **S**ed accipitur pro morto vel egritudi  
ne cuiusmōi est febris et sic est in prima specie  
q̄litatis. et p̄ hoc vadiꝝ tercua obiectio. **T**er  
tio accipitur p̄ proprietate alicuius subiecti.  
q̄no dicimus risibile passionē hominis. et per  
hoc solvitur quarta ratio. **A**d q̄ntum et lep  
timū dicitur in solutione principali q̄ il  
latio in diffinitione ponit p̄ modum differen  
tie distinguētis passionē a qualitatibꝝ. **A**d  
secundū dicendū licet corruptio nō sit proprie  
effectus actionis. est tamē illatio quia id qđ  
destruitur cōtinue mouetur a corrūpētis vel de  
struente. **V**el dicendū est quāuis corrūpētis  
nō afficiat aliquā formā manentē. tamē effi  
cit ipam passionem que ē effectus corrūpētis  
et ita effectus in diffinitione passionis accipi  
tur generaliter p̄ omni eo quod procedit ab ef  
ficiente sive causante.

**S**ecundū dubium est quare dicit **A**lbūtus q̄ fīm passionē quedā patiūtū magis  
quēdā vero minime. **S**olutio alberti q̄a in  
duplici sunt differentia suscipiētis formā que  
dam suscipiēt formā ad sui trāsmutatiōem.  
quēdā vero nō suscipiēt eam ad sui trāsmuta

tionem q̄ cum agētibus nō cōmunicat i ma  
teria ut dicit ph̄s. et ideo quedā sunt plus pas  
sibilia a se inuicē quedā vero minus fīm diffe  
rentes cōmitiones et cōplexiones ad actōnes  
anime in diuisiō fīm dram mixtoꝝ et incom  
plexionatoꝝ fīm q̄ plato dīc formas dārī fīm  
merita materie et sic bruta que molliores h̄nt  
cōplexiones et magis eq̄les ex actōne et passio  
ne primā qualitatū sunt animātiora plātis.  
et hōles eo q̄ sunt optimi tactus animatores  
sunt brutis. cū medium cōplexionis heis eq̄li  
tati celi sit p̄portionabile. quō aut̄ aīatum sus  
cipit magis et minus dictū est in p̄dicabilibꝝ.  
**T**ercū dubium est an gaudentē et tri  
stari dicant passiones cū tamē videant̄ esse q̄li  
tates. **S**olutio alberti gaudiū et tristitia  
nō sunt sine motu et actione et possione cordis  
Loc em̄ in hīs agit et patitur fīm motus dyas  
stoles et sistoles. et fīm hoc reducuntur ad p̄c/  
damentū actōnis et passiōis licet dīcere.  
**Q**uartū dubium est an cōtingat in  
aīa esse aliquā passionē. **S**olutio duplex est  
passio p̄fectua et corruptua. In aīa est be  
ne passio p̄fectua que est salus et p̄fectio eius  
cuīus est. sed nō est ibi passio corruptua que ē  
cum abiectione alicuius cōtrarie forme. talis  
enī nō cōuenit sibi nisi p̄ accidentis ex corpe ve  
tactum fuit in p̄cedenti dubio. ista tamē trans  
mutatio si fiat indeterius magis habet rōem  
passiōis q̄ q̄n fit in meliꝝ ita q̄ corruptū ma  
gis accedit ad rōem passionis q̄ quod genera  
tuz est. Et ideo tristitia magis habet rōem pas  
siōis q̄ gaudiū vel leticia. **S**ed dices pa  
ti est p̄prium materie sicut agere formē sicut di  
citur p̄mo de generatiōne ergo nō est in aīa que  
in materialis ē aliqua passio. **S**olutio dic  
tum ph̄i intelligit de passione corruptua que  
est cōpositi ex materia et forma cui p̄uenit age  
re rōē forme et repati rōē materie sed pati ge  
neraliter acceptum ut importat solū recepētōꝝ  
sine abiectione cōtrarie forme p̄ esse cūnūlibet  
existentis in potentia. ita q̄ receptio conuenit  
sibi rōē alicuius potēcialis q̄no ph̄s dicit  
tertio de aīa aliquē cē in aīa itellectū possiblē.  
**Q**uintū dubium est an passio que cō  
uenit anime sit magis in p̄c apprehēsua vel  
appetituꝝ. **S**olutio in p̄c appetituꝝ quia  
passio est effectus illatio q̄ actionis. ergo im  
presa est ab agēt quod intēdit p̄ passionē im  
pressam trahere passūz ad formā agentis. sed p̄  
vīm appetituꝝ magis trahitur aīa ad agens.  
q̄ per apprehēsua cum p̄appetituꝝ incl/  
netur ad res fīm q̄ in se ipsis sunt. Per vīm

# Gilberti porritani.

vero apprehensiuā solum accipit intentiones rerum nō practicas boni sed speculativas verū. Ex passione tamē appetitus qua afficit ad rem ad extra sequitur tunc actio ad extra ī motu p̄gressuō sicut habet videri in tertio de anima passio tamē ista proprie est ī appetitu sensuō qui cōianetus est organo et nō intellectivo in quo nō est trānsmutatio corporalis

**S**extū dubium quod sunt p̄dictates passionis. Solutio quattuor p̄me due sunt habere contraria et sūcīge magis et minus. de q̄bus sufficiētū dicitū est in capitulo de actione. Tercia est propriū est passio ī inferni ex actione. Quarta passio non est ī agente. sed ī paciente. Sed diceres contra tertiam proprietatem. Inferri est pati. passio nō patitur. ergo nō īferitur. Solutio passio nō est id quod ī fertur vel patitur sed passio est quo ip̄m patiētatur et formaliter pati denotatiōne sicut actionē nō est id quod agit. sed quo agens agit

**S**eptimū dubium quare Hilbertus vocat actionē generatōem in textu. Solutio Hilberti quia in omni actione sit quedam generatio forme agentis in eo quod patitur sive inpassum. Sequitur textus

**Q**uando vero est quod ex tempore op̄is adiacētia relinquit. Tē p̄us autē quādō nō est virius q̄ aut ratio cōmixta est. vt tpus quidē preteritū quādō nō est. Effectus autē eius et infectio que est sīm quā dicitur aliqd fuisse quādō qđem ē. instans qui dem quādō nō est sed sīm q̄ aliqd equale vel inequale dicit. Eius autē affectio sīm quā aliqd dicit nūc. et ita īstanti esse qñ est. futurū similē ipsi qñ nō est sed id quod futurū est quādō cōtingere necesse est sīm q̄ aliqd dicitur futurū esse. Quādō vero te.

